Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



52

Et stati nauis fuit ad tra ad qua ibat Et cu
trasfretasset venerunt ad tra genesar et suppli=
cauerunt Cuq egressi essent de naui. continuo
agnouerunt eu Et peurrentes uniuersa regione
illa ceperunt in grabatis illos qui male habe=
bant ubique ubi eu audiebant esse Et quocunq
introibat in uicos aut in uillas aut ciuitates
in plateis ponebant infirmos. et deprecabant eu
ut aut fimbria uestimenti eius tangerent Et quotq
tangebant eu saluti fiebant.

Item alia die

turba que stabat trans mare. uidit qa naui=
cula alia non erat ibi nisi una. et qa non intrasset
iesus cu discipulis suis in naue. sed soli discipuli
eius abissent Alie uero supuenerunt naues a tybe=
riade iuxta loca ubi manducauerant panem gratias
agentes deo Cu ergo uidisset turba qa iesus
non erat ibi neq discipuli eius. ascenderunt na=
uiculas et uenerunt capharnaum querentes ihm.
Et cu inuenisset eu trans mare dixerunt ei Rabbi
quando huc uenisti. Respondit iesus et dixit Amen
amen dico uobis. quaritis me non quia uidistis
signa. sed quia manducastis ex panibus et satu=
rati estis Operamini non cibu qui pit. sed q permanet
in uita etna. quem filius hominis uobis dabit.
Hunc enim pater signauit deus Dixerunt ergo
ad eu Quid faciemus ut operemur opa dei. re=
spondit iesus et dixit eis Hoc est opus dei ut cre=